p. 130—134), ubi etiam primus edidit titulos appendicis Kandlerianae a me acceptos. In museo Polensi pauci tantum eorum extant, quos descripsi. Facit autem tam natura et condicio horum titulorum, scriptorum per notas interpretationis privatae, id est quas non intellegerent nisi ii ad quos ea res pertinebat, quam auctoritatis ratio plerumque dubia et parum certa, ut de plerisque minime constet, multi etiam sine dubio bis terve descripti male hic iterentur. Sed ei rei nec habemus quomodo medeamur nec magnum inde detrimentum accepimus. Disposui autem titulos quantum fieri potuit ad nomina, ut subsequantur qui sunt interpretationis plane incertae. Ubi tituli plures reperiuntur in eodem lapide incisi, id quod saepissime usu venit, placuit tradita non separare, sed quae probabiliter secernerentur, denuo seorsum repetere citato eo loco, ubi totus titulus legitur. — Ad rem praeter alia quae collegit Huebnerus conferendi tituli picti amphitheatri Pompeiani C. I. L. IV, 1096 seq. ad hoc exemplum: *permissu aedilium Cn. Aninius Fortunatus occup(avit)*.

87 arca longa ped. 7, larga ped. 3½ ZENO. Apud Polam CYR. ad S. Martinum SANUTUS. Fiume in caupona Marchesetti pro olei vase ZENO. — Male Savalli in templo in valle Satii BRIX., *nella disciplina di Ghedi* ROSSI; Spalati ad S. Martinum ZACC.; Romae in domo Mariae Delfini BOISS.

M · D
A·ATIVS·CAIVS·ARCHIATER·SIBI
ET·IVLIAE·PRIMAE·CONIVGI
INCONPARABILI
V·S·F

Quater descripta, a Cyriaco, Sanuto, Bellonio B, Benzonio. Cyriaci exemplum proponunt Tragurinus n. 13; Iadestinus n. 13; Marcanova (Bern. A n. 10, Mut. n. 8); Felicianus n. 1 (inde Ferrarinus Trai. n. 1, Reg. n. 2); Redianus A n. 17; Iucundus n. 1; Lilius f. 160; Mur. 939, 9 ex schedis Farnesianis, id est ex Ferrarino. Sanuti habent cod. Ver. n. 19; Bembus f. 84'. 89'; Bellonius A f. 32; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 98; Sabinus n. 18; Martyr n. 13 (inde Smet. 168, 4); Brix. p. 20 indeque Rossius p. 275; Zaccaria 6, 1 (inde Donat. 315, 5) ex ms. Spal. libro. Tertium est Bellon. B n. 7, quod edidit Apianus 359, 2 (inde citat Manutius orth. 1561 f. 5, 1566 p. 14); ex Apiano et Martyre Grut. 632, 5. Quartum Fiumi exceptum est a canonico Ioh. Ant. de' Benzoni in epistula scripta ad Ap. Zenum (*lettere* 5, 262). Ex editis Boissard 6, 8; Carli 2, 128; Kandler n. 200.

Vv. divisi ad Bembum f. 89 et Benzonium. — Ex v. l. non attuli nisi potiora. — 1 M·D Bemb. 84 ex Sanutianis, Bell. B, Benz., D·M reliqui. — 2 A·ACTIVS (Panv. Sab. Brix.) vel AV·ATIVS (Bemb. 89) Sanuti exempla deteriora. — CAVIS ex Cyriacanis Marc. (Bern.) et Red. (a m. 1), GAVIS Bell. B. — 4 INCONPARABILI Benz. et ex Sanutianis Bembus 89, INCOMPARABILI reliqui. — 5 om. Cyriacana exempla praeter Iad. et Red., item ex Sanutianis Ver. et Bemb. 84.

88 Polae apud S. Vitum SAN. — Gussagi in vico Casalium in templo S. Iosephi BRIX.; inter Spalatenses ZACC.

AVR · SOTER · ET·AVR
STEPHANVS · AVR
SOTERIAE·MATRI·PIEN
TISSIMAE · RELIGIONI
IVDEICAE · METVENTI
F·P

Duo exempla extant, Sanutianum et Bellonianum B. Illud proponunt Ver. n. 25; Bembus f. 83; Bellon. A f. 32'; Panvinius cod. 6036 f. 76; Sabinus n. 24; Martyr n. 18; Brix. p. 27 et inde Rossi p. 269; Zaccaria 11, 2 ex ms. Spal. libro n. 94. Hoc est in Bellonis libro B n. 3 (inde Apianus 358, 4; Grut. 721, 11 ex Apiano; Carli 2, 283 ex Grut.; Orelli 2523 ex eodem).

Vv. divisi ad Panvinium. — 2 STHEPHANVS Bemb. — 3 SOTIRIAE Bemb. — 4 TISS Bell. A. — 5 IVDEICAE Bell. B, IVFICAE Sanutus (nisi quod INFICAE Bell. A Sab.); RELIGIONIS·VIVIFICE·MERENTI ex interpolatione Zacc. — 6 om. Sanutiana exempla deteriora, id est omnia praeter Ver. et Bemb.

89 Polae.

D M
P C O E S I O
O R T E N S I *a*
N O M E D I C O
A N N X V I I I
MILVSO PRIMO
DISCIPVLO

Barsan ms.

3 ORTENSIAE traditur. — 6 fortasse M·ELVIO PRIMO.

90 arca sic scripta, ut versus breviora arcae latera sequantur nec recte legantur, nisi eam in latere colloces. Extat ad Polam in ecclesia collapsa S. Iohannis de Prato, *commenda di Malta.*

D · M
FORTVNATO
IVLI · FRONTO
NIS · ACTORI
PATRATA CONIVx
BENE MERENTI
ET FILI FECERVNT
IN F P XX IN AGR
P XXV
H M H N S

Descripsi a. 1866. Iulius Fronto nominatur apud Tacitum hist. 1, 20. 2, 26; Ulpianum Dig. 48, 19, 5; in diplomate Hadriani Cardin. n. 15.

91 arca, Polae BEMB. extra eccl. cathedralem MAN.

D
ЄYCЄBI
ЄYΨYXI

MAGNIAE · FELI
CISSIMAE*o*
MAXIMVS · DIS
PENSATOR·CONIV
GI·BENE·MERENTI

M
ЄYCЄBIA
ЄYMOIPI

Bembus f. 1'. 88'. 109; Manutianus codex 5237 f. 118.

2 pro folio Bembi SS Manutius. — 5 MERENT Man. — In lateribus ЄYΨIXI et ЄYMOIPI Bemb. ЄYTYXI et ЄXPICIM Man.

92 Polae *trovato in un fondamento di fabbricato sottoposto alle mura della città in contrada Arsenale, fondo Abbazia.* Nunc in museo.

in agr p XVI INF·P·XII
IVS·DOSAE FIL·EX·SYRIA·PALAESTINA
NEAPOLI*o* SE VIVO SIBI ET SVIS POSVIT
·MARCIA·M·F·CASTA·RARISSIMA·VIXIT ANN·XXX

Descripsi.

93 Polae nuper rep. *nella contrada Barbacani.*

sic NOΓHO · L · SELIC
GEMINI · SER · NVMMVL
AN · XXIII · F
Q·SALLVSTIO·Q·L·IANVARIO·F
HESPERO·C·ORBI·QVARTI·SER
CONIVGI
MVTILIA · L · LIB · NOTHIS

Descripsi calce deiecta. Anaglypha quaedam in lapide incisa definire non potui.

94 Polae in museo.

M·PETRONIO
M·L
AMERIMNO
NAVTAE

Contuli. Habet Barsan ms.

95 Polae in museo.

LOC
M·POSTVMI·L·F
PVB·POSTVMI
VERONENSIS
IN · F · P · XII
in ag p XVIII

Contuli. Ed. Kandler n. 269.

96 Polae in museo.

PRIMIGENIO
IMP
EPIDECTVS
SPENDONTIS*o*
DISP AMICO

Contuli. Ed. Stancovich *anf. di Pola* p. 97 tab. 6 n. 4 (inde Orelli 4678); Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 30; Kandler n. 267.

Primigenio imp(eratoris) Epidectus Spendontis disp(ensatoris, scil. vicarius) *amico.*